



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Cibi potusque abstinentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

in Lydorum equitum impetu, simulac Equi Camelorum odorem haufere: subito consternati, non solum insidentes præcipitaverunt, sed peditum quoque ordines protiverunt, atque ita pars illa, cui Croesus plurimum fidebat, elusa.

CIBI POTUSQUE ABSTINENTIA.  
CAP. XXXIX.

Longa autem jejunia, & diuturna sitis tolerantiam per idem animal significari, ex eo manifestum est, quod nullum animal tanta insigne magnitudine, tam exigua cibi paucitate nutritur, neque dies plures sitim tolerat: cum satis constet in duodecimum usque diem Camelos sine potu perdurare, unde à Poetis *Esistentes* appellantur. Habes jam Petre Cursi, Asini, Muli, atque Camelli, laboriosum animalium significata, quantum memoria complecti potui: reliqua tu, si argumentum placuerit, & doctrina & iudicio tuo supplere poteris.

Plin. lib. 8.  
cap. 18.



JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM

LIBER XIII.

DE HIS QUÆ PER LEPOREM, VULPEM, ET ALIA  
MINORIS GENERIS QUÆDAM ANIMALIA  
SIGNIFICANTUR.

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD JOAN. ANTONIUM EGREGIUM NEPOTEM.

**H**æcundissimus frater tuus Vendrius, quem præter cognationem, ob summum ingenium & bonarum literarum studium unice diligo, proximis hæc diebus, ut nosti, Roma in patriam se contulerat, paucissimosq. dies hic moratus, de digressu cepit illico cogitare: conatus sum juvenem dies aliquot detinere, ille tamen cum omnino Venetias sibi quam primum redeundum reperiret, non hic temporis conditione, non loci amantate, & tranquilla anni temperie remoraturus, ut in officio esset Illustrissimo Cardinali Medico Mecœnati nostro, qui eum satis agere dimississet, ejus fidiissimo, & aequè gratissimo servitio tantisper cariturus, exolui propemittentem, ac ne eum ulterius morari pergerem, suscitavi ut magis properaret, qui patroni ingenium à teneris noverim, quem aluerim, quem formaverim, quem si licet, ornaverim, mox coluerim, & colam semper vita hos dum reget artus, ob summam animi præstantiam, & optimam utriusq. lingua cognitionem, bonarumq. artium & disciplinarum omnium studium: ut vere oculus summi Antistitiæ ordinis censeatur, tum ob singularia & assidua præpensiore animo in me meosq. officia: & amplissimam ejus munificentia largitionem, quibus jugiter suos fovet & amplectatur. Quoniam vero paucis ab hinc diebus caveam nonnullarum avium, tum cicurum, tum sylvestrium & externarum, Nicolao Cordato Jurisconsulto nostro dono dederam, æquum visum fuit patri fratri, qui te ex itinere conventurus fuerat aliquid & ad te mittere: opportunèq. Lepusculum alueram, educaveramque ablatum à parvulo, neque non Vulpeculam, & ipsam cicurem, nec nostri generis Felem, sed Ægyptiacam, diversumq. à nostris Murem, eum autem ob novitatem Ponticis forte ipsi